



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 3. Exemplum Israelitarum & Paganorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

miserencordiam ejus infinitam confugiunt, quam confitentur, in qua spem omnem suam collocant.

## §. III.

*Exemplum Israëliitarum, & Paganorum.*

**H**Oc modo faciebant olim Israëlitæ ut pluribus narratur in libris Exodi, Judicium, & Regum. Cùm primum illi pace fruebantur & rerum omnium abundantia, obliuiscabantur Dei sui à quo in terram lacte & melle manantem erant introducti, omne verò studium ac curam conuertebant ad fabricanda ex auro & argento, ex lignis & lapidibus Deorum simulachra. Statuebant sibi in Deos Astarotem aliquem aut Baalem similesque gentium falsos Deos, quos turpissimam atque ignominiosissimam idololatriam colebant, adeo ut necesse fuerit Deum immittere in illos fulgura & fulmina, eosque ad mortem usque persequi variis calamitatibus ut sacrificios ab impuris altaribus abstraheret. Nec frustra, diuturnis miseris atque afflictionibus vexati redibant ad officium, dabat vexatio intellectum. Tum demum infames deos suos detestabantur, dejiciebant statuas, demetiebantur aras, ad Deum verum reuertebantur operti cinere & cilicio, profusis lacrymis veniam

niam poscebant & misericordiam. Cum  
 deret e. s. ait Psalmista, querebant eum: &  
 vertebantur *in diluculo* vensebant ad  
 Psal. 77. Tunc verè apparebat quid  
 sentirent, ut credere liceat, quidquid tempo  
 prosperitatis fecerant, fecte simulate que  
 cisse, quippe quibus natura nunquam fecta  
 lata est, ut ligno & lapidi divinitatem tribu  
 rent, nec illa didicerunt magistrà divinitatem  
 quid in sculptis hominum pecudumque  
 mulachris agnoscere aut venerari; sed  
 humiliter voluptatum dementiam &  
 gâ excecata prosperitate degenerant in  
 probum sensum, incideruntque in eam am  
 tiam & stupidam impietatem. Ethnici  
 que & inter eos præcipui idolorum cultores  
 quis credat? Illi ipsi qui tanto infante  
 Idololatriæ studio ut proprios etiam liberos  
 fictis diis immolarent, rebus secundis afflu  
 tibus; hos continuo cumulatâ fortunâ de  
 rere sunt soliti; quos antea impense col  
 rant ædificatis aris, & templis, quibus liberos  
 rant, quibus sacrificaverant thure ac victimis  
 quos coronaverant, ingenti pompa & mag  
 ficientia, hos simul ac tempestas aliqua  
 rum ingruerat vel belli vel contagionis,  
 agrorum vastitatis ex inundatione aquarum  
 ex pruina, ex grandine, certatim relin  
 quunt.

I. 4.

bant, templa eorum sine curâ, sine incensis, sine sacrificiis, sine sacrificulis desolata visebantur; eorum antea studiosi cultores adversis fortunæ casibus afflicti unius Dei; cœli atque terræ Imperatoris gratiam opemque implorabant, Numen aliud nullum agnoscentes, pene obliti nominum Jovis, Martis, aut Mercurii, inquit Lactantius, quibus divinos prius honores detulerant, pressi malis velut superfluiosa & vana ludibria æstimabant, eum suspirabant à quo solo juvari poterant, in cœlum manus oculosque attollebant, inde medicinam, solatium auxiliumque in doloribus & necessitatibus suis expetebant. Dubitare igitur non possumus, quin natura sibi relicta & permilla proprios sequi motus, recurrat sua sponte ad conditorem suum, nosque ad implorandam ejus omnipotentem misericordiam excitet tacitis quibusdam impulsibus, quos etiam si velimus, cohibere aut dissimulare nequeamus.

§. IV.

*Recursus ad Deum semper est necessarius.*

Superest nunc ut cogitatione ad nos reflexâ cogitemus attentius hanc singularem naturæ nostræ inclinationem animis nostris inditam ad eum in necessitatibus extremis exquiren-